Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

vero Sancti Francisci Est ordo fratrum minorum non reformatus / Ac ceterum multa monasteria / Est et templum non
longe a porta Insule quod ad sanctam Annam vocant / Ubi beatus Cantius celeberrimus huius gimnasii doctor / multis mi- verbis
raculis et prodigiis fulget: quamvis non dum in cathalogum sanctorum ascriptus sit / Hanc iuxta sacram edem situatum est
ingens celebre gimnasium multis clarissimisque doctissimisque viris pollens / Ubi plurime ingenue artes
exercentur: Studium eloquencie poetice philosophie ac phisice: Astronomie tamen studium maxime viret
Nec in tota germania (ut ex multorum relacione satis mihi cognitum est) illo clarius reperitur: Illic namque
maxime phebus colitur / Qui et eorum cruda elimat ingenia / ac polita reddit: Has edes divus Wladis-
laus illustris Sarmacie Rex dum ex Prutenorum littorali Sarmacie gente strenuissimo conflictu victoriam duxisset
(Cuius quidem belli plurima clarissima monumenta hanc usque in etatem in arce regia de qua paulo post dicemus
supersunt) magnis opulenciis extruxit / libertatibus et stipendiis summis celebravit / Nec incole urbis Sarma-
tico more vivunt / quos rudes et ignavos Sarmatas prisci dixerunt / Sunt namque illic clarissimi cives / virtu-
tibus prudencia et comitate insignes / humanitate et hospitalitate liberalitate et familiaritate ergo quosque peregrinos ac(?)ri
afficientes / Victus illis splendidior quam ceteris Sarmatis / Ex omni delicato genere cibi · potus illis frequencior est
Aqua ordeo et humulo decocta ~~huic~~ Is quantum necessitas fieri potest si sumitur / profecto nihil natura hu-
ne / et ad corpus ipsum alendum convenientius nunquam reperiri potest: Sub arce vero intra civitatem extat et aliud insig-
ne collegium Ubi achademia iuris ac legum pollet / Ad urbis vero septemtrionale latus adiunctum parvum oppi-
dum / nullis quidem menibus cinctum quod Clepardiam vocant / nihil dignum scriptu in ea / quam Egregia sa-
cra sedes divi Floriani strenui christiane fidei militis / quam divus Wladislaus de quo ante meminimus canonicatuum certe
usque dignitatibus ac muneribus refert / Et doctoribus Gimnasium accedit regentibus colendam reddidit: Rupes autem ac
~~ac rupes nimia altitudine erecte / sic ut iam celum sustentare putantur~~ / tandem arenis congestisque terra videntur
obducte ingentem collem efficiunt / Qui ea parte qua in boream tendit urbi imminet / Et ex alio latere nivosum
ccempack carpathum alpe tumentem respicit / Quam collis partem / Insignis europe fluvius / Istula quondam germale finis
alluit / Qui ex carpathi radice / parvo quidem fonte prosiliens / longius magis magisque tumet / Ita ut iam undique
auctus mole / que ex pannonie montibus sese in eum precipitant / Trabes et ingencia robora variasque lignorum